

(35)

FERDINANDVS 2^{us} R^{mus} 2^{us} C^{tsi} hucusq; in eo quo benigna
 Dei Opt. Max. uoluntate constituti sumus loco magnopere semper
 cauendum nobis consueuimus ne laudem potius humanam
 captasse, quam actiones, et studia nostra ad tuendam et
 propagandam Diuinae M^{ts} gloriam, et C^{ts} Reip^{us} utilitatem
 promoueri composuisse uideremur, nunc tamen diffiteri
 non possumus quin S^{ts} P^{ter} V. R^{me}, quas XXVIII prox^e
 elapsi mensis Julij ad nos dederūt referas praedareissimas
 encomijs actionum nostrarum, maximam nobis uoluptatem
 attulerint. Quis namq; nobis uictio uentet (modo inui-
 dia, aut sinister animus absit) quod letemur nrām
 in tuenda Ecclesia Dei, et procuranda eius unitate, atq;
 concordia propensissimā, et sinceram uoluntatem,
 praestitaq; in hac re officia uirorum, pietate, doctrina,
 sapientia, acerrimoq; iudicio praestantium, ac praecipuor.
 Ecclesia^e cardinalium, honestissimo, et amplessissimo testimonio
 comprobari, laudibusq; efforri: neq; n. id pertinet ad
 inanis gloria blandicias sectandas, sed conscientiam
 hoc turbato rerum, et temporis statu plurimum solatur
 et confirmat. In quo quidem iudicio suo P^{ter} V. R^{me}
 sese ab eo, quod res est aberrasse nunq; intelligunt:
 quoniam firmiter credere poterunt nos tum antea, tum in
 his que haectenus durante maxime sacro isto Concilio
 egimus, non aliud, q; Diuinae M^{ts} gloriam, et Ecclesia^e uni-
 tatem quassuisse, adeoq; libellum illum de morum emendatione
 conscriptum superioribus mensibus non alio modo, quam
 singulari quodam Zelo, et uiuanda Ecclesia^e studio isthuc

misisse. prout copiose demonstrauimus, in lris, quas postea ad
P. V. Romas ea de re non nisi optima et intentione scriptam
et a P. V. Romas in meliorem partem acceptas fuisse ualde
libenter intelleximus.

Quare agnoscimus P. V. Romas hoc noce oia beneuolentia, et
humanitatis, gratia animi officia a nobis debere, et ne ea
P. V. Romas usq. defuisse uideantur quoquo loco, et tempore se
comitemur

Et ut pauca quadam replicemus ad memoratas P. V. Romas
leas, unde Eune ipsum pium animum et Zelum nostrum
penitius, et certius cognoscant, eis beneuole asseueramus
nos non modo in malam partem non rapuisse, quod P. V. Romas
libellum illum Patrib. non proposuerint priusq. ipsarum
sententiam cognosceremus, uerum nunq. etiam uoluisse, ut
aliquid in Concilio proponeretur, uel tractaretur perturbat
uel confuse, atq. adeo praeter modum, et ordinem quem P. V.
Romae summa prudentia a maioribus traditum, sumaq. quoq.
religione conseruandum esse ostendunt. Ideo mens nra fuit
ut libellus prius P. V. Romas exhiberetur, et postea tandem
sacra Synodo proponeretur. absit enim quod uelimus aliq.
arbitratu nro referri ad Synodum inconsultis P. V. Romas
de quar. equanimitate prelata, et integritate nobis pollice
mur, quaecumq. postea sacram Synodum cognoscere, nec
et sacri Imp. Regnorumq. et Dnorum nror. intererit; modo
ab aequitate et honestate non snt aliena, illa P. V. Romas ad
eandem sacram Synodum haud grauatim relaturas esse,
aut saltim non futuras impedito, nec iniquis animis
auct.

accepturas, ut saltem per Oratores nros & cum P. V. Rm^{is} primis
 comunicata patribus libere exponantur, ita ut nobis, et
 cuiq; Christianam orbis Regi, Principi, aut Potentatui, solita
 et antiqua libertas, atq; potestas, nras et sacri Imp. ac
 uniuscuiusq; nrorum Regnor, et Prouinciar, necessitates
 ingenuè, ac sincere Synodo explicandi re ipsa constet.
 sicuti futuris P. V. Rm^{is} in lris suis spem nobis facere
 praesertim cum etiam aduersarijs ipsis quolibet propo-
 nendi facultas concessa sit; quod factum esse magnopere
 laudamus: nihil plane ambigentes, quin illi (ut scribit
 P. V. Rm^{is}), si in animum inducerent suum, ut ad Conc^m
 uenirent re ipsa experirentur quanta eos benignitate, &
 Synodus comprehenderetur, et quanta patientia si qua de
 re doceri cuperent a Patrib. audirentur. Nobis certe
 optatissimum foret, quod id sibi persuaderi paterentur
 sed quo minus id saltem ab eis obtineri potuerit
 per operam diligentiam, et sollicitudinem nram non
 detit. sed causa ita nota sunt omnibus, ut eas hoc
 loco enumerare superuacaneum sit. Quod si in poster,
 quog; aliquid in hac re prestare poterimus id mi-
 nime omitteremus

Verum quod ad Reformationis negotium attinet, quam tanto
 studio promoueri, et urgen' suscepimus P. V. Rm^{is} iterum
 atq; iterum confirmamus nos non id agere, ut in eo
 negotio ita rerum ordo inuertatur, ac commutetur
 ut omnes Pastori praesse, uel membra capiti imperare
 debeant, ita ut ex ea occasione sacrum Conc^m ante

tempus re infecta dissoluatur. vel etiam quod vitam
mores, vel actiones S^mi D. se in iudicium uocari uelimus
de cuius sor^{te} pietate, et incorruptis moribus ita sentimus
ut Deo omnipotenti ingentes gratias agamus talem Pontificem
hiscce temporib^{us}. turbulentis, et dum nos Diuina benignitate
Rom. Imp. gubernacula tenemus, cum Regnis Diuina
obtinuisse, et pro eius salute et incolumitate iniquo precor
ad Deum fundamus. Nemo profecto hominum aliter
nobis suspicari debet, qui nihil minus q^{uam} s^{uam} suam usque
reprehendere, nedum in inuidiam, aut odium hominum
adducere cogitamus, cuius potest, et tam praeclara in nos
extant paterni amoris argumenta, qua certe uere
suo exposcunt (si ingrati animi notam effugere uoluerint)
ut s^{uam} eius omni loco ac tempore mutuis filialis obser-
uantiae officijs serueri, eiusq^{ue} dignitatem, et auctoritatem
summo conatu tueri, et amplificare studeamus.

Tametsi uero in libello de emendatione Curiae Rom. leuiter
et debita cum modestia aliquid tactum est, nos t^{amen} in uniuersis
hoc Deformationis negotio in effectu, ac potissimum ad optatam
Ecclesiae concordiam, et quietem, ac publicam Christiani orbis
salutem, atq^{ue} extremam necessitatem respeximus, quam opti-
mum quisq^{ue} pro deplorata Sabere uidetur, nisi Haec salutari-
s, et praesentanea medecina emendandi mores, et
tollendi abusus adhibeatur

In quem quidem finem etiam n^{on} respicimus dum P^{apae} V. P^{apae}
de hoc remedio ductus non differendo beneuole co'mone-
facimus quod certe P^{apae} V. P^{apae} nec aliter interpraeta-
turus esse confidimus.

Et ut

Et ut in hoc negotio Reformationis paulo ulterius progrediamur
 et P. V. Romis freti optima earum in nos uoluntate sententiam
 nrā de hoc qui obseruari dicitur in Concilio rerum tralan-
 darum modo, et ordine, candidè et amice aperiamus,
 insistendo tamen priori nrā declarationi quod sic per id
 intelligi non debeat, quod uelimus sacro Concilio leges
 præscribere, aut id quod rectum est aliter, quam rite,
 et ordine fieri (id quod ab instituto nrō alienissimū est)
 gratissimum quidem nobis accidit quod P. V. Romæ in
 lris suis spondent, atq; promittunt sese libenter factu-
 ras, quod antea Oratoribus nrīs pollicita fuerant, ut
 quotiescunq; sese occasio obtulerit aliquam libelli nrī
 partem sacrosanctæ Synodo proponant, in primis q; datur
 operam, ut de reformandis, ac constituendis inclyta
 nrā Germania, cæterorumq; Regnor, Ecclesijs qua ad nos
 iure hæreditario pertinent diligentius agatur, tum ut
 fidei puritas, qua adhuc reliqua est in eis provincijs
 conseruetur, ac uolente Deo, latius propagetur. Sed
 animum nrū uehementer angit, quod res, ut nos quidem
 sentimus, diutius procrastatur, quam euident, et extrema
 necessitas Christianæ Reip. ac max. sacri Imp. Regnorūq;
 et Provinciā, nrar, exigat

Nam ex ijs lris, que proximis diebus e Tridento ad nos
 perlata fuerunt, intelleximus, quod absolutis in prox.^a
 præterita sessione celebrata ad xvi diem elapsi mensis
 Julij, articulis de usu sacrosancti Eucharistia sacram^{ti}
 sub una tñ dumtaxat specie, res coaducta sit, ut nunc

materia sacrosu¹ Sacrificij Missa¹ pertractetur, ita ut
etiam aliquot articuli de ea per P.^{les} V. Romas sacra Syno-
propositi fuerint, de Reformatione tri¹, et alijs articulis
in nro scripto comprehensis usq^{ue} adeo nullam mentionem
factam intelleximus, ut res eo spectare videatur praes-
sua capita rerum bene gerendar, ac recuperanda
pristinam tranquillitatem in Ecclesia Dei perpetuo salu-
molutum in qua in parte pro ratione officij nri, et pro
summa rei necessitate omittere non possumus, quin pro
et Christiano Zelo P.^{les} V. Romas aliquid beneuolentiam admi-
neamus

Apparet quidem in S^{is} disputationibus, et tractatibus pro
et Orthodoxis P.^{les} V. Romas ac reliquos Reuerendos
et Ven.^{tu} Patrum, atq^{ue} Theologor, animus ac summa
et exquisita diligentia quam in S^{ma} negotijs adhibere
cernitur, ita ut merito eam debitis laudib^{us} comendemus

Verum pro eo res Germanicar, usq^{ue} quem a quadraginta
annis comparauimus, quibus Dei benignitate negotia
publicis interfuimus, atq^{ue} praesuiimus, et P. V. Romas
dubitamus ingenue fateri quod valde metuemus si
hoc tempore Reformationis negotium postponatur,
dumtaxat discutendis, et stabiliendis dogmatibus
qua per sese satis firma sunt, opera detur, ne plus
mali, quam comode inde ad Christianum orbem max-
uerò ad Germaniam, Regnaq^{ue} et D^{na} nra redeat
et ne tandem etiam si (quod absit) res minus comode
quam uellemus, successerit, tam S^{ma} D. N. J. P. V. Romas

161
ac reliquos Prim' aut Soritas, et existimatio uulgo
passim tradueatur, et Saceretur, adeo ut in ea senten-
tia plane persistamus, saluo P. V. Romae simul et sacro
sancta Synodi iudicio, cui nos quoque tempore
submittimus, presentem dogmatum tractationem
negocio reformationis, non solum non esse praeponen-
dam, uerum etiam (si dicere fas est) absq. omni
incommodo uel periculo tantisper differri posse, donec
reformationis negocium ad amicum absolueatur

Quid enim attinet tam anxie, et tanto temporis
spacio disquirere de his dogmatibus, de quibus
apud omnes non solum Principes, uerum etiam
Primates Soes Catholicos nulla nunc penitus ex-
istit, uel demceps (Deo propitio) futura est disceptatio?
an non reperientur, qui hoc in effectu interpretabuntur
co tendere, ut quodammodo frustra tempus conteratur
et re infecta discedendi occasio quaeratur.

Certe si aliqui Somines quaruicq. Nationu in Cone.
nunc adessent, qui contrarijs opinionibus additi sunt
qui eas mordicus contra sensum scae Synodi, qui idem
est cum Cath. defendere, ac tueri uellent, Saberet
procul dubio Haec forma tractandi rationem plusq.
necessariam

Sed cum nemo ex illis adsit, uelle homi excitans qua-
estronibus res alias, quae maioris momenti uideri possint,
prestolare, idem propemodum foret, ac si quis uellet
aerem uerberare

Non ignoramus ad præsens plurimos istius esse viros
ingenti eruditione præditos, qui de controversis religionis
nostræ articulis æquè loqui possunt, verum tamen in
in effectu aliud dicturi non sunt, quàm id ipsum quod
ante mille, et plures annos a sumis Ecclesiæ Doctoribus
dictum fuit de quo neque nobis, neque reliquo Catholicorum
coetui, ulla penitus dubitatio inseret

Sane si quis existimare uellet futurum, ut aduersarij
religionis nostræ credant, atque obtemperent quantumvis
sumis Concilij Decretis statim ex quo promulgata fuerint
quemadmodum aliqua hætenus promulgata sunt
is ut nobis uidetur ingenium illorum hominum non satis
habet perspectum

Quinimo, quemadmodum huic Decretis de Sacrosancta
Missæ officio, ac ceteris Dogmatibus parum fortasse
opus est ijs, qui etiamnum in Catholicâ et Orthodoxa
religione nostrâ constantè persistent, sic etiam est
diuerso illi, qui a religione Orthodoxa recesserunt
et omnibus modis, ac vijs ad comparandum in Concilio
adduci deberent, planè deterrebuntur, et aliena-
buntur quo minus ad Concilium accedere uelint. quò
enim credendum est, illos (quod tantopere exoptant)
ad Concilium uenturos, ubi iam antea sese condemnatos
fuisse senserint. nec quisquam dubitare debet eiusmodi
Decreta nullum planè apud illos locum habitura, sed
illos grauius quoque irritatum iri, adeo ut et Concilij
antist

162

autoritati detracturi; et Ecclesiam nostram Cath^{ca} magis
magisq; sibi persequendam fore existimaturi sunt

Posteaq; ergo in hac parte, nullus fere, uel saltem modicus
Concilij fructus sperandus est, magis expedire arbitramur
quod tot, et tam insignes labores, sine minori iactura
temporis, et in rebus pro presentis status qualitate magis
necessarijs consumantur. nempe quod ad Reformationis
negotium, ac praesertim ad articulos in libello nro
comprehensos singulatim eo animorum ardore, quo
debet in causa publica, et gloriam Dei, atq; Ecclesiae
tranquillitatem concernere procedatur. et donec hoc
negocium Reformationis pertractatum fuerit, uel certe
constiterit, quid de aduentu aduersarij sperandus
sit, si fieri queat, hinc haec dogmatum tractatio sus-
pendatur, ut qua pertinet ad irritandos tm aduer-
sarios: Catholici uero parum proficiat, siquidem in
ijs nihil habent dubij, uel difficultatis: et rectius,
atq; utilius tractari poterit presentibus aduersarijs,
quam absentibus, cum enim nulla sit inter Cath^{cos}
de dogmatibus controuersa. non uidemus ad quid
etiam ipsdem Decreta dogmatum profutura sint.
quod si haec suspensio nunc ante multam Sessionem
fieri non poterit, saltem ea peracta statim fiat
Initium aut a quocunq; libelli nri capite sine articulo
fecerint P^{tes} v. Roma nos usq; deq; habituri sumus

P. V. R^{mo} pro sua sapientia ipsemet statuent, quo
ordine articuli illi comode, et utiliter discutendi

Propter nos minime latet multos ad modum durum
iri, us praecipue, qui fortassis magis mundi huius
fluxa, et fragilia, quam aeterna bona sectantur.
Nobis tñ illor, opinio non obstat, quin P. V. R^{mo} zelum
nostrum patefaciamus. illi aut uiderint ipsi an equum
sit, uel etiamnum magis expediat, prouatis illor,
affectibus indulgere, quam omnes neruos eo intendere
nec quicq̄ intentatum relinquere, ut scia Cat^{sa} reliqua
nostra saltem apud paucias hasce reliquias sacra testis
conseruetur. Quod quidem, quemadmodum sine Eccl^{ae}
reformatione (ut nobis uidetur) nullo unq̄ modo, aut
tempore fieri poterit ita uerendum est, ne forte qui se
P. V. R^{mo} in hoc negocio opposuerint, aliquando facti
sui Deo grauissimam rationem reddere cogantur

Qua cum ita se habeant P. V. R^{mo} maiori quam possumus
studio, atq̄ diligentia adhortamur, monemus, et obtestamur
immo per misericordiam Dei rogamus, atq̄ obsecramus, ut
pro sua summa pietate, et in rem Brianam studio
hanc rem cura habeant, eiq̄ dirigant ut miserissimo
populo Briano tandem post tot annos, saecula, quibus
quotidiani gemitus, ac querimoniae hanc ob causam
emissa sunt, opportune et recte consulatur

Rememur n. nisi in hoc Conc^o et quam citissime fiat, ne
frustra

163

frustra deinde laboratur, usq; perdatur opera, ac demum plurimum
boni iuri, tanq; reb. omnibus desperatis animum penitus deiciant
et ingentem orbis Christiani ruinam non aliter q; lacrimantibus
oculis psequantur.

Sextant nobis cum procul dubio pclariss. et pstatiss. quiq; Christianam
orbis Reges, qui nunc Oratores, et Praelatos suos in Conc. habent
exultantes sua Regna, suasq; pvincias, no minus q; illas qua
nra cura Diuinitus concredita sunt in hac parte laborare, qui
cum et ipsi P. V. R. suas difficultates et necessitates fortassis
exposituri sint P. V. R. beneuole ac diligenter sortamur, ut ipso-
rum quoq; pende ac nra et s. Imp. Regno, et Dno, nro, a
saerosca ista Synodo rationem haberi curent. quo ipsis quoq;
ut par est, paterne consulatur. Nam utcumq; nos potissimum
pro sacro Rom. Imp. et quibuslibet Dnis ab eo dependentibus
ubicunq; sint, atq; pro Regnis et Dnis nris haereditarijs sm
Caesari, ac Regu muneris nri raem sollicitos esse oporteat. et
P. V. R. in hris hor, dumtaxat mentionem fecerint, ostendentes
eor, salutem, et incolumitatem sibi corde esse, tu q; officio Imp.
Christiani, qui uniuersa Reip. Christianae aequae consultum cupimus, et
pro mutua amicitia, necessitudine, et beneuolentia, qua nobis
cu' alys Regib. Potentib. et Principib. intercedit, non possumus
praetermittere, quin illor, quoq; labores, atq; difficultates P. V. R.
maiore in modum comendemus.

Quod si sola Italia adeo felix est ut Reformatione no indigeat
nos id ei ex animo gratulamur. Sed Deus elementor auertat
tam ingens detrimentum, ut uniuersa reliqua Christiana in solum
illum angulum recludatur.

Cetero speramus, atq; cofidimus P. V. R. hanc nram in scribendo liber-
tatem aequis animis laturas esse. siquidem ea no aliunde
pferuntur q; e sincera mente, et pro Zelo excitata summa
et extrema necessitate, quia hoc perturbato saeculo Christiani
orbis maxime uero Germania, ac Regna, ac Dna nra con-

fluctantur cōmiseratione, tū insuper arbitremur quicquid se
offerat, in quo gloria diuini nōis scāg. Ecc.^a auctōritas et sacra
Cath.^{ca} religionis conseruatio p̄moueri possit, id a Cæs.^r nō off.^o debere
nequaq̄ alienū esse

Postremo animū quoq̄ nob. addidit, in hoc sūmē necessario reforma
neg.^o acruis urgendo mirifica S. D. N. pietas et p̄pensis.^a uoluntate
quam ad p̄mouendū idipsum negotium emendationis, non
obscure p̄ se ferre uidetur

Plura ad excitandū P. V. P^{max} studiu, et curam amplectendi optata
et ab om. nōb. p̄is maximo ardore expetitum Reformationis op̄
non adducimus, nedum nimis exquisitē singula p̄sequimur
minus cādide de P. V. R. integritate, et p̄pensissima Ecc.^a dei in
p̄iozem suū nitorem restituenti uoluntate, ac dilig.^a sententia
aut planē diffidere uideamur. Scane tamen cōclusionē addeat
non pegebit P. V. R. Labor suoz in p̄mouen^o Reformatione Sabul
uberrima p̄emia in aeterna Dei gloria cōsequunturas, ac
in terris quoq̄ immortalē nomen, et laudem conseruata, ac
restituta Cath.^{ca} religionis adepturas, ac demq̄ a nobis
oīa beneuolentia off.^a quouis loco, et tempore p̄sata Sabul
esse. Misereors Deus P. V. P^{max} operam et solitudinem
p̄ruerat ad nominis sui gloriam, et uniuersae Reip. Cr.^{nae}
salutem eadēq̄ q̄ diutissime saluas et incolumes cōseru
Dat^o Praga 12 Augusti 1562

Legatis in Concilio